

surgent dicentes, quod dum aut asperitatem linguæ eorum expavimus, aut falsa blandimenta, & periculofas adulaciones ipsorum libenter accepimus, in iisdem permanere peccatis, eis inutiliter indulgemus, aut ipsa peccata augere permittimus, non recolentes illud, quod in veteri testamento scriptum est, quia uno peccante contra omnes ira Dei dessevit, ut Hormitda Papa scripsit Episcopis, relatus in c. si quis Diaconus in fine distinc. 50. ita Pater familias subditos non corripiendo videtur occidere, ut Magnus Gregorius scripsit Venantio relatus in c. Epbris distinc. 43.

20 Hinc Abbas in dicto c. licet Heli sub num. 2. ad finem, notat, quod tum Prælati, tum Patres familias in penam prædictæ negligentiæ, quandoque ipsi, vel filii citius moriuntur, & idem in c. Sicut iis s. necesse est distinc. 47. dicitur, quod quia Heli facere dissimulavit, ac falsa pietate superatus delinquentes filios ferire noluit, apud distri-
ctum Judicem semetipsum cum filiis crudeli damnatione percussit: Hinc Paulus ad Timotheum scribens, ait, qui suorum, & maxime domesticorum curam non habet, fidem negavit, & est infideli deterior, atque ita qui domui suæ præesse nescit in Episcopum non est eligendus.

21 Notandum tamen, quod si Pater corrigit filios, ipsi verò non corrigitur, tunc filiorum vitia Patri non imputantur, ac propterea Divus Ciprianus relatus in c. quod ad nos attinet distinc. 47., ait, si quis correptus ultrò, & crimen suo perierit, & penitentiam agere, atque ad Ecclesiam redire nollebit, nos in die Iuditii inculpatos futuros credimus, qui consilimus sanitati, illos solos in pacinis remanseros, qui noluerint consilii nostri sa-
lubritate sanari.

22 Qua propter Augustinus super Epistolam S. Jo: tract. 7. relatus in c. non putes 23. q. 5. dicit, non esse charitatem filios, aut seruos non corrigerem, sed languorem, sive que dicit: Non putas te amare seruum tuum, quando eum non caedis, aut tunc te amare filium tuum, quando ei non das disciplinam &c.

23 Negligentia Agnatorum in maritandis feminis, est damnabilis maximè ad tenorem Statuti Ferratæ rub. 140., Pigant. ibi nu. 16., ubi quod si feminae tunc peccarent excusarentur, nec dotem amitterent, etiam si nuberent indigno, ubi num. 19.,

quod si agnati differunt puellas maritare, toties in culpa videntur, si peccatum in eis suboriatur, ubi num. 20., quod ipsi debent probare diligentiam, immò ex eodem Statuto, si post decem, & octo annorum tempora dieti agnati distulerint dictas pueras maritare, dos est duplicanda, de quibus omnibus videndum est Pigantius locis supra citatis, ubi satis eruditæ, & solidè more solito, ubi num. 23., quod mulier decedens post decem, & octo annos dotē duplicatam transmittat ad quoscunque heredes, tam ex testamento, quam ab intestato, & hoc in odium, & peñam tantæ negligentiæ,

24 Pater administrat bona adventitia filiorum habens usumfructum, si autem filius sit emancipatus, tunc Pater non habet usumfructum, & si administraret tenetur facere inventarium, & rationem reddere, in quo si sit negligens sit suspectus de do-
lo, si verò filius non sit emancipatus, tunc habet usumfructum, nec tenetur ratio-
nem reddere, nisi permitteret bona ipsa perire ex sua negligentia, & de bonis filii emancipati, si negligens, poterit ab ad-
ministratore removeri ex allegatis per Fa-
rinac. fragm. Crimi. p. 2. littera I. n. 171. V.
Dicas tamen, ubi num. 172., quod contra Matrem, Nutricem, seu Curatricem da-
tur juramentum in item, si in tutella in confectione libri rationem, in Inventarii conscriptione fuerit negligens.

25 Mater per negligentiam non petendo intra annum dari tutorem filiis, ipsorum legiti-
ma successione privatur, l. 2. 5. Sed si Mater ff. ad Tertul. l. Matris C. qui petant tutores, l. scint C. de legitim. Hæred. Bald. in Autb. Matri. & Avia col. ult. in fine C. quando mulier tutelle officio fung., Lodovic. Romana Singular. 224., Borell. de compromis. 5. 4. glos. 6. num. 9., ubi num. 10. limitat in Matre minore 25. annorum.

26 Nec omittenda est Matrum negligentia, quæ contingere solet in nobilioribus, & quam valde detestatur D. Gregor. relatus in c. Ad eius verò dist. 5., nempe filios, quos gignunt, nutritre contemnunt, eosque alii mulieribus ad nutriendum tradunt, quod videlicet ex sola causa incontinentia vi-
detur inventum, quia dum se continere nolunt, despiciunt lactare, quos gignunt, quæ sunt verba tanti Pontificis.

27 Quis

Pars Secunda. Artic. XXXI.

391

- 27 Quibus alia sequuntur incomoda à paren-
tibus, non considerata, scilicet, quod sèpè numerò liberi non assimilentur pa-
rentibus, neque corpore, neque animo, quoniam sèpè ingenuum altricis cum lacte
fugunt, & mores induunt, qualibus pre-
stans nutrices: Amorem matris in filios, &
filii in matrem fatis diminutum per sèpè
miramur, ut quasi suos non credant: Fra-
tres sicut eterogeni lacte fuerunt nutriti,
ita parum inter se convenient inclinatio-
ne, & affectu discordes; non raro malis
succis nutriti partus malas pariter infectio-
nes sustineant; nec nobilitatis colore po-
terunt exceptione tueri, si Sanctam Blan-
cam Sancti Ludovici Galliarum Regis ma-
trem intuemur, & exemplum, quæ &
proprio lacte enutritum, & similibus san-
ctis moribus imbutum terræ, & Coelo glo-
riosum educavit.
- 28 Hinc est, quod Azor. p. 2. lib. 2. c. 2. post tertium quæsum Vers. si tamen queras ad fi-
nem post Gellium, Macrobius, Plutarcum
dicat, & repeatat q. 5., quod non parum
adversatur naturæ, quæ idem sanguinem
lactis naturam immutat, & dulcedine co-
dit, ut noscat mater partum suum nutri-
re, ac naturam in necessario pueruli ali-
mento non defecisse, latè Surd. de alim.
tit. 7. quæst. 13. num. 2., & 3., Tiraquell.
de nobilit. cap. 20. num. 80., & seqq., &
num. 86., 93.
- 29 Accedat quod post Plutarcum pariter no-
rat Azorius in fine q. 5. precipitati lib. quod
non raro nutrices alienos partus educantes
non eam solertia, & diligentiam adhi-
bent, quam in suos.
- 30 Non repugnat tamen dari posse dignas,
& justas excusationes propter quas negligentiæ notam effugiant matres, putè si
mater infirmatur, si adeò imbecilis viri-
bus sit, ut non sine gravi periculo labore,
& onus valeat sustinere, si adeò inops sit,
ut omnino necesse habeat sibi quotidianum
victum querere, ita ut sit incompatibilis
filii educatio, si ex more, & consuetudi-
ne regionis nobilioribus, id videretur inde-
cens, quod ex mundana hominum caci-
tate, & inscitia contingere. Prudens, &
veritatis vindic existimabit, alias videre
poteris excusationes apud Azor. supra q. 3.
- 31 Cornelius Tacitus Dialogo de Oratore adnotavit, antiquos Romanos tantopere virtu-

tibus, viribus afflotuisse, ac prudentia præstasse, quia matres filios suis proprio lacte nutriebant, simileque ingenium, ac mores cum lacte præstabant.

32 Poterit, & in alio negligentia notari ma-
ter, quæ alteri mulieri nutriendum filiū
tradit, si sine delectu quacumque fœ-
minam ad filii educationem decernat, de-
beret enim prudens mater fœminam bonis
moribus, nobilioribus ingenio, virtute,
& qualitatibus ornatam, & matri similē
quantum fieri potest, feligere, ut minus
proles laedatur.

33 Si Pater omittat instituere filium hæ-
redem, vel saltem in legitima, tunc filio
competit querella inofficioi testamenti toto
tit. ff. & C. de inof. testam., maximè in l. cum
queritur, & Autb., unde, & si parens C.
eodem, ubi si filius non sit institutus in in-
tegra legitima saltem, putè quia Pater do-
navit plura uni ex liberis, ut reliquis non
supersit integræ portio legitimæ, tunc com-
petit inofficioi querella, & legitima sup-
plenda est, ad latè allegat per Barbosam in
d. Autb. unde, & si parens.

34 Pater negligens erudire filios, priuè in
Misteriis Fidei; deinde in artibus liberali-
bus, & scientiis, vel si pauper in aliqua
arte mechanica notabiliter deficit in suo
munere, & potest esse peccatum mortale,
habemus enim hoconus impositum ex D.
Augustino relato in c. Vos ante omnia de con-
socrat. d. 4. impositum Compatri, id est su-
ceptori in baptismo, tanto magis ad id
obligabitur pater, & Ecclesiastici c. 7. Vers.

25 dicitur filii tibi sunt, erudi illos, & cur-
va illos à pueritia illorum, non enim felicitas
est habere filios, sed habere bonos, ait D. Au-
gust. in psal. 127., alioquin filii in ignoran-
tia educati summi hostes patribus in se-
nectute sunt, per sepe indignantur in pa-
rentes negligentem, & de eis querimonias,
& eiulatus emittunt ad cœlum, pauper-
itate præmuntur, hinc carmina p. andit.

Si tibi sunt nati, nec opes, tunc arti-
bus illos

Instrue, quo possint inopem defendere
vitam.

Quod autem negligentia parentum in in-
struendis filiis in rebus fidei sit mortale
peccatum, ponunt Sayr. Clavis reg. lib. 7. c.

7. num. 3. Sa in Ver. Parentes nu. 1., & de
hoc videndum est Cathechismus Romanus ad
quar-

quartum preceptum.

35 Ita negligentia Parentum nobiliorum in quarendo Pedago filii damnabilis est, & considerabilia detimenta causat, debent enim curare, ut invenirent Virum, qui verbo, & exemplo praeluceret, non autem corrumperet, vitia enim, quae in illa tenera aetate assumunt, aut difficile, aut numquam dimittunt filii, ideo Hieronym. ad Letam scribit (Mementote Parentes magis exemplis doceri filios, quam voce.

36 Negligentia in custodia filiarum feminarum magni est detimenti, ideo Salomonis Ecclesiastici cap. 7. dicit (Filiae tibi sunt, serva corpus illarum, & non ostendas faciem bilarem ad illas, trade filiam, & grande opus feceris, & homini sensato da illam) Virginitas est thesaurus, unde intrat illud monitum D. Gregorii Papae homil. XI. in Evangelium Matthei cap. 13. (depredari desiderat, qui thesaurum publicè portat in via) sicut ergo omni diligentia thesaurus custoditur, & exquisita vigilancia praemunitur, ita Parentes debent omni diligentia filiarum honestatem custodire, neque folias dimittere, multo minus ad familiaria colloquia cum Viris deserere, sed quod detestabile est, non raro Matres filias ornatissimis ad publicum ducunt aspectum, ut per earum aspectum concupiscentiam foveant, & mors intret per fenestras, pro certo tunc filiae colligunt, matris accessisse consensu, ut amatorem perquirant, lateant ergo filiae, sicut thesaurus, & diligentissime à Parentibus custodiuntur.

Eo amplius, quia Parentes negligentes in custodia filiorum non presumuntur Parentes ad tex. in c. Afferre de presumptionibus, & notat Menoch. de presumptionib. 6. presumption. 56. num. 2. nemo enim presumatur negligere quod suum est, quod tibi carum, & cordi est.

Sequitur, & alia negligentia in Parentibus quam maximè culpabilis, & omni punitione digna, & contingit, quando ita negligenter custodiant filias, & maximè virgines, ut permittant eas corrumpi, & deflorari, contra quos negligentes habemus tex. in l. 1. §. fin. C. de raptu Virg., ibi, nisi etenim eam sollicitaverit, nisi odiosis artibus circumvenerit, non facit eam velle in tantum dedecus se se prodere Parentibus (quorum maximè vindicta intererat)

si patientiam prebuerint, ac dolorem remiserint, deportatione plectendis.

Quæ negligentia est quædam tacita prostitutio, aut dispositivæ saltem undè possunt habere locum minæ, quæ habentur Levitici c. 19. Ne profutus filiam tuam, ne contaminetur terra, & est quidam tacitus consensus, qui habet aliqualiter malitiam lenocinii ad tradita per Farinac. q. 144. nu. 68., & multoties etiam intenditur à parentibus per tales negligentiam aliquale lucrum, scilicet ut inveniant Maritum filiae sine dote, aut cum parva, & incongrua, & dicuntur lenocinari negative, quia cum teneantur diligenter custodire puellam, negligentes patiuntur eam violari, ad tex. in l. 2. §. si semel ff. ad l. Julianam de adult., Ricciul. de personis, quæ in reprobo statu versantur lib. 4. c. 1. num. 9., sicuti de Galba narrat Suetonius, qui fingebat dormire, dum Uxor erat cum adultero, Ricciul. dicto lib. 12. c. 4. num. 9., Farinac. q. 144. num. 82.

37 Negligentia Parentum in procurando filiorum baptismo poterit esse mortalis, si talis, & tanta sit, ut exponat filios in periculo æternæ salutis, unde non debent diffondere ultra octo, vel decem dies si pueri sani sint citius vero, & magis solliciti debent esse in deferendo infantulos ad baptismum, si iudicio medicorum, aut obstetricum periculum sit, ut citius moriantur, ratio autem cur mortale possit esse peccatum, est quia agitur de re gravissima, qualis æterna salus animæ, quæ sine baptismo obiens privatur Divina Visione, & Gloria, ex eadem, & majori ratione etiam adulti, ut Cathecumini tenentur sollicitè curare, ut baptizentur, quia tenentur quam primum possunt saluti animæ suæ consulere, ne eternaliter pereant, & de hoc videndi sunt allegati per Quintanaduenas de baptismo singulari 13.

Redeundo ad negligentiam Parentum exponentium, aut derelinquentium proprios filios, placet apponere casum, qui aliquibus ab hinc annis contingit, pro quo non parum laboravi.

V O T U M
38 Quidam Moyses Polonus Natione Theutonicus Hebreus iterfaciens cum

cum tota familia, & præsertim cum infantula ætatis mensum tresdecim, cum sibi prohibitum fuerit ingredi Civitatem, quia secum non deferebat fidem sanitatis, tunc exteris necessariam, curavit per nuntium ad se vocari Massarios Gheti, à quibus tenuè pecunia subsidium potuit impremitrare; nocte sequenti commoratus in hospitio extra Portam Sancti Pauli nuncupatam, propè Padum Volanæ, summo mane, sequenti die exposita, & derelicta infantula in publico aggere padi, ferè penitus denudata, abiit, quam flentem, & trementem collegit famula hospitis, dum ad hauriendam aquam ad padum accesserat, & in hospitium delatam per aliquo horas servavit; re delata ad Massarios Gheti, miserunt isti, qui puellam pallio obvolutam in Ghetum transportaret, interim per Christifidelem ad Vicarium Episcopalis Curiæ Satellites, & non sine obstantia hebræorum puellam obtinuit, eamque nutrici Christianæ lactandam consignavit, interim disputatum est acriter, utrum eset baptizanda.

Per Universitatem Hebræorum conclamatum est ad arma legalia juxta ea, quæ posuit Justinianus in principio proemii Institut., & multorum Juris peritorum invocatum est patrocinium, quibus ut animosè pro-pugnarent, sicut auro non pauca fuerunt exhibita, atque fuso calamo dimicatum est; sed motiva in summarium redacta fuerunt, quæ subsequuntur.

38 Puellam nomine Bellam non esse baptizandam sine consensu parentum, ex communissima sententia D. D. Diuus Thom. 2. 2. q. 10. art. 12., & p. 3. q. 68. art. 10., quod lib. 2. art. 7., S. Antoninus summa p. 2. tit. 12. cap. 2. §. pueri, Suarez de Sacram. disp. 25. sec. 3., Hurtad. de batismo difficil. 4. Gabriel. q. 2. art. 3. dub. 5., Sperell. decis. 1. num. 25. glos. in c. spiritus S. Ecce in V. Puerorum 1. q. 1., Nata consil. 434. nu. 15. p. 2. Bursat. consil. 231. num. 4. tom. 3., Ciarlin. controvers. for. cap. 42. num. 4., & cap. 199. num. 3., & communiter Canonistæ in cap. majores 3. de baptismo c. sicut Judei de Judæis, can. Judæorum 18. q. 1. ubi Barbosa plurimis allegatis cap. sicut de Judæis, Afflct. decis. 151., Ricciul. de Iure personarum extra Eccl. lib. 2. cap. 32. n.

contra Scotum in 4. d. 4. q. ult.

39 Ita ut baptizans infantes hæbreorum ante usum rationis eorum parentibus invitatis, peccet contra Justitiam, Durand. in 4. d. 4. q. 6., sicuti peccaret rapiens bona eorumdem cap. sicut Judei de Judæis, & Saracen., tum quia fieret injuria sacramento illicite, & cum peccato illud administrando.

40 Tum quia posset dubitari, quod puella sic invitatis parentibus baptizata major facta velet ad parentes redire, & à fide suscepta apostatare, Bordon. resol. moral lib. 1. controversial. 6. c. 1. num. 19.

Sicuti neque hujusmodi infantes capti in bello debent baptizari, sed potius vendi propter maiorem libertatem, & honorem Christianæ Religionis, ut post plures notat Bonacina de Baptismo disput. 2. q. 6. nu. 14., & alios quos citat, & sequitur Tamburin. de Sacram. lib. 2. c. 3. §. 2. num. 17. & seqq.

41 Tanto magis, quia hodie Universitas Hebræorum in cuius potestatem infantula recedit, ac fuit collecta, reclamat, & obstat, ut enim infans baptizetur, qui suo proprio consensu non potest fidem recipere, debet consensu parentum pro ea acceptantium, baptisni gratiam suscipere, non enim datur invitatis, Durand. in 4. d. 4. q. 7. num. 12.

Quod autem infantula recederit in potestatem Synagogæ, quæ eam collegit probat tex. in l. fin. §. pro derelictis, & ibi glos. cuncta l. 3. C. de Infant. expos., ad quam spectat illam alere Barbosa ad cap. unicum num. 5. de infantibus expositis.

42 Sicuti quod requiritur voluntas baptizati saltem interpretativa, habetur in cap. Majores de baptismo, ut occuratur lamoribus hereticorum Anabatistarum, voluntas autem interpretativa habetur ex voluntate parentum, aut eorum, qui infantem habent in gubernio civili ad notata per Belarmin de controvers. fidei tom. 3. de sacram. baptisimi lib. 1. cap. 11. proposit. 5. vers. dices, ita ut sine tali consensu licet non conferatur baptisimus, c. ad fidem 23. q. 6., Ricciul. tract. de personis extra Eccles. lib. 2. c. 32. num. 3., & seqq., ubi nu. 5., quod Patrini non possunt offere nomine suo filios infidelium, ut baptizentur invitatis parentibus.

43 Neque puella ista potest offerri nomine Ecclesie, quia Ecclesia ante baptismum null-

Ddd